

I I O                    C O D E X   D I P L O M A T I C U S

---

Apostolicas & hunc nostrum processum ac omnia & singula in eis contenta vobis omnibus & singulis supradictis, quibus præsens noster processus dirigitur & vestrum cuilibet intimamus, insinuamus & notificamus ac ad cujuslibet vestrum notitiam deducimus & deduci volumus per præsentes. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium premissorum presentes nostras litteras, seu præsens publicum instrumentum processum nostrum hujusmodi in se continentes seu continens fieri & per infra scriptum publicum notarium subscribi, sigillique nostri jussimus & facimus appensione communiri. Datum & actum Ratisbonæ in Monasterio divi Heimerani sub anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo Indictione decima quinta die vero Mercurii tertia decima mensis Januarii Pontificatus prælibaldi sanctissimo in Christo patris & Domini nostri Domini Pauli Papæ quarti anno secundo, Præsentibus ibidem nobilibus strenuis ac magnificis viris Dominis Vuilielmo Lefch ab Hilkertzhausen Magistro domus serenissimæ Annæ Bavaræ Ducis, Pangratio a Freyberg in Afchau &c. Marechallo supra dicti Illustrissimi Alberti Bavaræ Ducis &c. & Vdalrico Langemantel Magistro curiæ ipsius sæpe memorati Illustrissimi Philiperti Marchionis &c. testibus ad præmissa vocatis specialiter atque rogatis.

O T H O ,    Cardinalis Augustanus.

S I G N U M    N O T A R I I .

Et ego Henricus Schuueycker, Clericus conjugatus Spirensis publicus sacris Apostolica & imperiali auctoritatibus Notarius in Archivis tam Romanæ quam sacræ Cæsareæ Catholicæ Majestatis &c. curiarum descriptus, Quia dictarum litterarum Apostolicarum præsentationi, re-